

lat. & l. si forte. ff. de Castr. pecul. quæ dicimus, quod qñ aliquis non potest aliquid facere sine iusta causa, illa causa debet probari ab eo, qui factum allegat. Quæ sane regula locum etiam habet in principe, vt tradunt Innoc. in c. pen. de dñat. Dec. in consil. 576. num. 10. in fine. Socin. Sen. in consil. 120. nu. 9. lib. 2. & idem inter consilia Curtij Sen. in consil. 20. Sæp numero. col. 6. versic. 2. etiam negari. Nam quando princeps sine iusta causa aliquid facere non potest, & priuata personæ æquiparatur, vt scribunt Dec. in l. motare consilium, in fin. de reg. iur. & in consil. 293. n. 4. Rursus facile eluderetur lex, quæ vult in prædictis adesse causam, eluderetur inquam exprimendo aliquam causam, quæ tamen re ipsa non esset vera & iusta. His accedit textus in cap. nouit. de iudicijs, vbi non præsumitur pro Rege, quod seruauerit debitam solennitatem, & in denunciatione euangelica, & ibid. annotari Abb. & reliqui. Huc pertinet & illa ratio, quod cū a potestate libera principis hoc non pendeat, sed necessaria sit iusta causa, si præsumetur, quæ iusta de causa id egerit, atq; ita si ei crederetur, esset quodammodo testis in causa propria, contra l. testis nullus. ff. de testib. Quæ quidem iuris sententia locum habet etiam in viris summe auctoritatis, vt Ciceronis testimonio in Oratione pro Sex. Roscio Amerino probatur. Ciceronis verba hæc sunt. Itaque more maiorum comparatum est, vt in minimis rebus homines amplissimi, testimonium de sua re non dicerent. Africanus qui suo cognomine declaratur tertiam partem orbis terrarum se subegisse, tamen si sua res ageretur, testimonium non diceret. Nam illud in talem virum non audeo dicere, si diceret, non crederetur.

55 Secunda fuit opinio & contraria præcedenti, quæ quidem probatur Cyn. in l. rescripta. q. 3. & q. 4. C. de precib. Imper. off. & ibidem Bald. nu. 10. Butrius in c. quantum. num. 16. de iureiur. & ibid. Abbas col. 3. versic. ex quo infero. idem Abbas in consil. 84. col. vlt. lib. 1. sic intelligens Cynum præcitato in loco. Imola in c. nam concupiscentiam. de consil. Socin. Sen. in consil. 266. num. 55. versic. aliquando & secundo. lib. 2. in consil. 4. num. 13. lib. 3. Iason in consil. 233. in fin. lib. 2. Dec. in consil. 125. num. 4. sensit Curtius Iun. in consil. 170. num. 25. Ea ratione prima ij moti sunt, quod princeps (vt diximus supra) locum Dei in terris obtinet. Atque Deus iustissimè omnia agit: & non solum id præsumere debemus, sed etiam firmiter credere. Ergo idem de principe. Verum responderi potest, nõ esse parem in his potestatem principis, & potestatem Dei. Nam Deus absolute dominus est, non modo rerum nostrarum ac corporum, verum etiam ipsarum animarum, quas sua bonitate creauit. Libera ergo ei facultas est disponendi. At non ita est in principe in his, de quibus nunc agimus, cum ei data non sit libera potestas, sed limitata, hoc est, quæ iusta subest causa, si ergo ei crederemur, perinde esset ac si libera facultas ei competeret, quod falsum omninò est. Præterea cum Deus ipse opt. Max. voluit hoc in sæculo aliquorum delicta punire, atque iudicis temporalis personam sustinere, nõne iustas esse causas, quibus id ageret, notas, esse voluit, sicuti quæ peccata Sodomæ castigare voluit, vt scriptum est in c. Deus omnipotens. 2. q. 1. Adferri etiam solet alia argumentatio hac pro opinione, quod. s. nephas sit de principis potestate disputare. l. 2. C. de crim. sacrileg. & scribunt Bal. in cõl. 359. Proponitur, quod inter agnatos. col. 1. lib. 1. Caterum respondetur, d. l. procedere in his, quæ sunt iuris positiuæ, in quibus princeps liberè disponere, & statueri potest, vt diximus supra. Ita declarat in specie Crau. in tract. de antiq. temp. parte 1. in initio, nu. 38. In his verò, quæ attingunt ius diuinum, vel naturale, vel gentium facultas diuersum est, cum non competat ei libera statuendi facultas. Solet tandè considerari, quod princeps præsumitur plenus iustitia, vt respondit Bal. in consil. 395. Pro D. Dynaldo. col. 1. in fin. lib. 2. & diximus

supra ex l. ex facto. in princ. ff. de vulg. & pupil. substit. & ex l. 2. §. merito. & §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publico. Ceterum facile respondetur, hanc præsumptionem ita generalem cessare ob contrariam specialem, quæ insurgit ex eo, quod aliquid facit contra ius ipsum vel diuinum, vel naturale, vel gentium. Cum enim hoc facere non possit, nisi ex iusta causa, si ipsi principi semper crederetur, nulla esset differentia inter vnum, & alterum casum.

57 Tertia fuit opinio & Alciati in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 8. num. 8. qui tres casus ita distinguit. Primus est, quando princeps nullam causam vel iustam vel iniustam allegat. Hoc & casu (ait Alciatus) non præsumitur pro principe, & hoc in casu procedit cõsistens opinio. Ea est ratio (inquit Alciatus) quia iam deficiente ipsius principis potestate, cum non sit supra ius diuinum naturale, vel gentium. Et accedit, quod si causa fuit iusta quare eam non expressit, vel verius eam notam esse noluit. Ex quo ergo quod latere eam voluit, insurgit & contra eum est præsumptio, quia dici solet, qui malè agit, odit lucem. c. consiluit. de offic. delegat.

Secundus est casus, quado princeps expressit causam minus idoneam. Et idem est (ait Alciatus) quod superiore casu. Ego existimo hunc casum non solum clariorem esse superiore casu, sed etiam carere probabili dubitatione. Non enim in claris opus est coniecturis, & præsumptionibus. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. de leg. 3. si ergo causa minus idonea a principe fuit allegata, sequitur non solum nõ præsumi pro ipso principe, sed etiam esse clarum, & certo certius malè egerisse. Imò expressio hæc vitiosa, tollit omnem præsumptionem, quæ alioqui pro ipso actu esse poterat, iuxta traditionem gl. in §. multis. in verbo transitu. in inst. de lib. & conferunt tradita a Castr. in consil. 81. In causa qua vertitur inter Reuerendum Patrem. col. 3. lib. 2. ab Abb. in consil. 61. col. vlt. versic. ite antiquitas. lib. 2. a Jaf. in l. 1. col. 5. in §. limita. C. qui admitti. & ab alijs multis quos nunc prætereo, qui quidem scripserunt, quod etsi solemnitas & intrinseca præsumatur ob temporis antiquitatem, attamen cessat illa præsumptio, quando ex inspectione gesti actus appareat eam solemnitatem minus ritè fuisse obseruatam.

Tertius est casus quando princeps allegauit iustam, & legitimam causam. Hoc in casu præsumitur (ait Alciatus) vera hæc causa, atque ita præsumitur pro ipso principe. Et hoc in casu (inquit ille) procedit opinio Butrij, Abbatis, & sequacium aduersus communem. Et idem sensit Crauet. in consil. 135. num. 41. & motus est Alciatus ex Clem. 1. de probat. Ceterum vera & non est hæc traditio. Nam ipsemet Alc. in d. præsumpt. 8. num. 2. scripsit, d. clem. 1. loqui in beneficialibus, in quibus Papa habet plenam & absolutam potestatem. Et ob id mirum non est, si ei crederetur. At diuersum est in his, in quibus non potest liberè disponere, sed requiritur causa. Nam tunc, nec clara quidem assertioni ipsius principis fides adhibetur, vt scribunt Bald. & alij plures supra pro prima opinione commemorati. Et propterea hoc in casu locum habet & illa ratio, quam ipsemet Alciat. considerauit primo in casu, quod scilicet non sit princeps supra ius diuinum, naturale, vel gentium.

Non ergo recedendum est ab ea communi opinione, quod scilicet non præsumatur iusta hæc causa. Et multo magis hæc traditio procedit, quando nulla iusta causa potest considerari. Ita Socin. Sen. inter consilia Curt. Sen. in consil. 20. col. 5. versic. quinto respondeo.

Declaratur nunc prædicta opinio, vt non procedat in antiquis. Nam in his creditur & assertioni ipsius Principis, etiam quo ad ea, quæ sine causa facere non potest. Ita Crauet. in tract. de antiq. temp. in secunda particula primæ partis princ. nu. 25. ex sententia Cornei in consil. 312. c. 1. lib. 1. & Soc. Sen. in consil. 266. col. 11. versic. ad secundum responderetur, lib. 2.

Præsumptionem quando faciat Principis assertio, diligentiè explicatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Verba assertiua Principis circa factum alienum, non faciunt fidem plenam, sed præsumptionem tantum, nu. 2. Et quid ea præsumptio operetur, num. 3.
- 4 Verbis enunciatiuæ Papa credi dere aliena, donec adstruatur contrarium.
- 5 Verba assertiua Principis etiam generalia, præsumptionem faciunt in facto alieno.
- 6 Principi assertenti de facto antecessoris sui, creditur etiam in præiudicium tertij.
- 7 Verba assertiua Principis præsumptionem non faciunt in his, quæ verosimiliter ipse ignorat. Idem in his, quæ non pendent a libera potestate eius. n. 8. Vel si assertio ista fuisset facta ob aliud, nu. 9.
- 10 Verba assertiua priuatorum, prolata etiam propter aliud, præsumptionem faciunt.

P R A S V M P T. XI.

Conuenit superiori præsumptioni adijcere hanc, quæ dicimus, quod etsi & verba Principis assertiua circa factum alienum in his, quæ antiqua non sunt, plenam fidem non faciunt, vt scribunt Cald. in consil. 2. in fin. in tit. de priuileg. But. & Imo. in Clem. 1. de probat. Alex. in consil. 112. col. 1. lib. 7. Corn. in consil. 22. col. 3. lib. 3. Dec. in consil. 198. col. vlt. versic. item & 3. in consilio 602. num. 12. & in consil. 606. num. 14. Nihilominus & assertio hæc præsumptionem facit. Ita ruderunt Ang. in consil. 68. col. 1. Roma. in consil. 38. n. 38. Castr. in consil. 414. in facto præfenti, n. 2. & in consil. 437. in quaestione quæ vertitur inter Rectorem, ad fin. l. 1. Alex. in consil. 15. nu. 3. lib. 5. Soc. Sen. in consil. 266. col. 1. versic. sed tamen ad præmissa, lib. 2. Jaf. in consil. 34. col. 6. lib. 1. in consil. 65. col. 3. & in consil. 86. col. 5. lib. 3. Crau. in cõl. 135. nu. 42. & in tract. de antiq. temp. in l. par. princ. in initio, nu. 14. qui quidem scripserunt, hanc præsumptionem operari, & vt onus probandi contrarium transferat in aduersarium. Idem censuit Gram. in decis. 65. num. 58. Et Doctissimi, Cardinalis Albanus, cuius pedes vt Petri successoris, spero aliquando mihi dari de oculâdi facultatem, eo enim & totius Christianæ Reip. salus, & præclara eius merita vocant. Is, inquam, in bene lucubratis ad Bar. lucubrationibus in l. §. cum vrbem, num. 3. de offic. præfec. vrb. scripsit, verbis enunciatiuis & Papæ de re aliena credi, donec contrarium probetur.

Extenditur primo, vt procedat etiam si verba ipsa Principum essent & generalia, atque ita incerta. Nam adhuc faciunt præsumptionem de facto alieno. Ita respondit Bald. in consil. 328. quæritur si Rex, col. pen. lib. 1. quem secutus est Crau. in d. tract. de antiq. temp. in d. pa. princ. in initio, num. 14. in fin.

Extenditur secundo, vt locum habeat etiam quoad factum antecessoris ipsius Principis, de quo ipsi & Principi assertenti creditur etiam in præiudicium tertij. Ita Claudius Seyfel. in Authen. si quis in aliquo, col. vlt. Cod. de edend. quem secuta est Rota Romana, referente Puteo in decis. 359. num. 5. lib. 1. & accedit Rom. in consil. 350. num. 18.

Declaratur primò, vt non procedat, quæ verba hæc assertiua sunt super eo, quod ipse Princeps verosimiliter ignorat. Nam tunc nec præsumptionem faciunt. Ita Bal. in consil. 359. proponitur. col. 1. in fin. lib. 1. Crau. præcitato in loco, num. 15.

Declaratur secundo, vt non procedat, quando verba assertiua fuissent prolata super eo, quod non pendet a libera potestate Principis. Ita Crauet. vbi supra nu. 16.

& scripti superiore præsumptione.

9 Declaratur tertio, quæ assertio ista ob aliud facta fuisset, & in ea Princeps principaliter fundamentum nõ constituisset. Nam tunc nec præsumptionem quidem faciunt. Ita Lap. & Imo. in Clem. si Summus Pont. in fine. de sen. excom. & ibidem Car. in 5. opp. quos secutus est Crau. in d. tract. de antiq. temp. in 3. part. 1. part. princ. nu. 19. & ibid. nu. 21. adfert duas rationes differentie inter hæc verba Principum, & verba priuatorum, quæ quidè verba & assertiua priuatorum prolata etiam propter aliud, præsumptionem faciunt.

Quando præsumatur Princeps vel concessisse, vel rescriptisse secundum ius commune, vel secundum ius speciale, diligens explanatio?

S V M M A R I V M.

- 1 Princeps in dubio præsumitur iure communi, vt voluisse, & secundum id rescribere.
- 2 Comes Palatinus habens legitimam potestatem a Principe, quomodo habere intelligatur.
- 3 Iure speciali aut potestatis plenitudine, quando Princeps vti voluisse præsumatur, n. 4. & 5.

P R A S V M P T. XII.

Vera est, & ab omnibus recepta hæc iuris sententia, Principem, qui iure cõi, & speciali vti potest, in dubio vti & voluisse iure cõi, atque ita scdm illud rescribere, & concedere, c. innotuit, de elect. & Abb. in ca. ad hæc, de rescrip. & in ca. illa quotidiana, col. 1. de electio. Bald. & Castr. in l. si testamentum. C. de testamen. milit. Iaf. in l. quanquam, num. 2. C. eodem. Galliaula in l. Centurio, num. 13. de vulg. & pup. substit. cum (ait ille) princeps censetur sequi ius commune, l. ex facto, in fi. ff. de vulg. & pupil. substit. & docuit post alios Decius in c. 1. col. 2. de consil. Hinc docuit Castr. in l. Galliaula in l. Centurio, num. 13. de vulg. & pup. substit. cum (ait ille) princeps censetur sequi ius commune, l. ex facto, in fi. ff. de vulg. & pupil. substit. & docuit post alios Decius in c. 1. col. 2. de consil. Hinc docuit Castr. in l. Galliaula in l. Centurio, n. 138. Et plura hæc similia congerimus infra lib. 6. in præsumpt. 7. vbi agemus de actu præsumendo, an scilicet præsumatur gestus secundum ius commune, vel secundum speciale.

Declaratur primò, vt locum non habeat hæc præsumptio, quando Princeps apposuit in rescripto clausulam. Non obstantem, & c. Nam tunc, & præsumitur velle vti plenitudine potestatis, atq; iure speciali. Ita in specie declarat Galliaula in d. l. Centurio. n. 140. ex sententia Bald. in l. si testamentum. C. de test.

Declaratur secundo, vt non habeat locum, quando Princeps vsus est clausula, ex certa scientia. Nam & tunc præsumitur voluisse vti plenitudine potestatis, sicq; iure speciali. Ita Galliaula in d. l. Cent. n. 141. post Alexan. ibid. Abb. Fel. & alios in ca. ad hæc, de rescrip. & Socin. Sen. in consil. 164. col. 2. lib. 1.

Declaratur tertio, non procedere, quado alij actus valere non possent. Nam tunc Princeps præsumitur voluisse vti plenitudine potestatis, atque ita iure speciali. Ita Galliaula in d. l. Centurio, n. 143. post Castren. in l. ex imperfecto. C. de testamen. & in consil. 314. in facto præfenti, lib. 1. Non hic repeto multa ab ipso Galliaula eo in loco congesta.

Rescriptum an. & quando motu proprio Principis, vel ad postulationem partis concessum præsumatur

S V M M A R I V M.

- 1 Rescriptum ad postulationem partis, non motu Principis proprio, emanatum præsumitur. Idque procedit etiam si adiecta fuerit clausula motus proprii, precedente tamen partis postulatione, n. 2.
2 Rescriptum geminatum, proprio Principis motu concessum præsumitur.
3 Rescriptum concessum ob præcedentia benemerita, præsumitur motu proprio factum.
4 Rescriptum concessum per viam legis, vel statuti, præsumitur motu proprio.
5 Rescriptum redactum in Corpore Iuris, vel Statutorum volumine, motu proprio præsumitur emanasse.
6 Rescriptum ad multorum utilitatem concessum, præsumptione habet motus proprii.
7 Rescriptum reservationis motu proprio concessum, præsumitur.
8 Concessio ubi paritas datur, præfertur ea, que habet motum proprium.
9 Concessio facta motu proprio, præsumitur recta, & legitima, nec debet remocari in dubium.
10 Clausula, motus proprii, tollit vitium subreptionis.
11 Concessio facta motu proprio, favorabilis est, & extensibilis.
12 Concessio facta motu proprio, iustis de causis facta præsumitur.

P R A E S V M P T. XIII.

Reuocari in dubium per sepe solet, an & quando rescriptum præsumatur concessum motu proprio Principis, vel ad partis postulationem. Et pro regula cõstituentum est, præsumi ad partis postulationem, non autem motu proprio Principis. Ita scripserunt Bart. in l. 3. in princ. ff. quod quisque iuris, idem in l. 1. Co. de per. bonor. sublat. lib. 10. & in l. 1. C. de bonis vac. li. 10. Bald. in l. quod fauore. C. de legib. Ias. in d. l. 3. in princ. num. 2. & ibidem Dec. num. 4. versic. & in dubio. ff. quod quisque iuris.
2 Extenditur primo, vt locum habeat etiam, quando in rescripto adiecta fuit clausula, motus proprii, sed iam præcessit ipsa partis postulatio. Nã adhuc præsumitur ad partis instantiam facta concessio, & illa clausula, motu proprio, nihil operatur. Ita Paris. in consil. 79. numer. 2. 3. lib. 4. Soc. lun. in consil. 78. num. 98. lib. 1. Anton. Gabr. in libr. 6. conclus. in titul. de clausulis, in conclus. 2. in fine.
3 Declaratur primò, vt locum nõ habeat, quando rescriptum fuisse geminatum. Nam tunc præsumitur motu proprio Principis concessum. Sic declarant Bald. in l. nec damnosa. C. de precibus Imperat. offer. vbi Iason. & in d. l. 3. in princ. nu. 6. ff. quod quisque iuris. vbi Alexandr. & Dec. num. 5. Idem Dec. in consil. 33. nu. 2. & numer. 6. Paris. in consil. 9. n. 2. lib. 3. & Gram. in consil. 99. col. 3. in civilibus. Et hanc declarationem intellexit Dec. in d. l. 3. in princ. num. 5. versic. & hoc primo, post Fel. in cap. si quando, col. pen. de rescript. in alijs concessionibus, præter illas beneficiorum, in quibus adhuc præsumitur concessum rescriptum ad partis instantiam. Et Ant. Gabr. in d. conclus. 2. n. 110.

Declaratur secundò, vt non procedat, quando ob fcedentia benemerita concessum fuit rescriptum. Nam tunc præsumitur concessio facta motu proprio ipsius Principis. Ita Alex. & Ias. in d. l. 3. in princ. n. 7. ff. quod quisque iuris, post Gulielmum Cuneum, & Albericum, quos ibi

recensent, & eodem in loco Dec. num. 6. & Jac. à Sancto Georgio in secunda le. Iura. Fel. in c. cau. sam. quæ, col. 4. vers. 11. nota, de testibus. Gram. in consil. 100. col. 6. in civilibus. & Gabr. concl. 1. n. 113.

5 Declaratur tertio, non procedere, quando rescriptum fuit concessum per viam legis, vel statuti. Nam tunc præsumitur motu proprio concessum. Ita Bart. in l. 1. in fin. C. de bon. vacant. lib. 10. & in l. 1. C. de per. bon. sublat. lib. 10. Ias. in d. l. 3. in princ. n. 8. ff. quod quisque iuris. & ibid. Dec. nu. 6. vers. 3. fallit.

6 Declaratur quarto, non habere locum, quò rescriptum fuisse deinde redactum in Corpore Iuris, vel in volumine Statutorum. Nam tunc præsumitur motu proprio concessum. Ita Ias. in d. l. 3. in princ. n. 9. ff. quod quisque iuris.

7 Declaratur quinto, vt locum non habeat, quò rescriptum fuit concessum ad commodum, & utilitatem multorum vt puta omnium ecclesiarum, vel omnium subditorum. Hoc sanè casu concessio præsumitur facta motu proprio Principis, cum verisimile non sit, omnes supplicasse. Sic declarant Bal. in Auth. quas actiones, colu. 1. vers. vel aliter. & ibid. Ias. col. 4. vers. vltra Bart. C. de sacrosanct. eccles. Idem Ias. in d. l. 3. in princ. n. 10. vbi etiam Dec. n. 7. Fel. in c. si quando, col. vlt. de rescr. & in capit. causam quæ, il. 2. col. 4. vers. 11. nota, de testibus. & Ant. Gabr. in d. concl. 2. num. 112.

8 Declaratur sexto, vt non procedat, quando rescriptum concessum reservationis. Nam tunc præsumitur concessum motu proprio Principis. Ita ex sententia Aenæ de Falconibus declarat Ant. Gabr. in d. conclus. 2. nu. 114. Huius disputationis summa est utilitas, cum effectus per plures pariat concessio motu proprio facta. Et primus quidem effectus est, quod vbi datur paritas concessionum, illa præfertur, quæ motum proprium habet. Ita scribunt Io. Andr. & Gem. in c. duobus, de rescrip. in 6. & alios congeffi in lib. 2. de arbit. iud. causa. 48. col. vlt. vers. & nouus est casus.

10 Secundus est effectus, quia concessio motu proprio facta, præsumitur recta, & legitima, nec in dubium reuocari amplius debet, Clem. dissuadente. S. qui autem, de præbend. & propterea dici solet, clausulam motus proprii tollere vitium subreptionis, cap. si motu proprio. ff. de præb. in 6. & Clem. si Roman. de præbend. & scribunt Dec. in consil. 241. n. 4. in fi. & in consil. 407. n. 3. & in ca. 2. de rescr.

11 Tertius est effectus, quia reddit dispositionem & concessionem favorabilem, & consequenter extensibilem de casu ad casum. Ita Anch. in consil. 296. Butr. in ca. cum in cunctis, de elect. Dec. in d. consil. 341. n. 5. Quartus est effectus, quia præsumitur quod Princeps concedens sit motus iustis de causis ad sic concedendum. Ita Rom. in consil. 436. n. 5. Dec. in d. consil. 341. n. 5. vers. & operatur, & c. qui eiusdem sententia recedit Barbat. & Felynum.

12 Alios effectus, qui septem, & quadraginta sunt, congerit Petrus Rebut. in Comment. ad concordata Regis Galliarum in forma mandati Apostolici, in verbo motu proprio, plura etiam scribit Ioan. Staphilæus in trac. de literis gratiæ, & iustitiæ, in 1. par. in titul. de vi, & effectibus clausularum.

13 Alios effectus, qui septem, & quadraginta sunt, congerit Petrus Rebut. in Comment. ad concordata Regis Galliarum in forma mandati Apostolici, in verbo motu proprio, plura etiam scribit Ioan. Staphilæus in trac. de literis gratiæ, & iustitiæ, in 1. par. in titul. de vi, & effectibus clausularum.

Iurisdictionem ordinariam non præsumi, & quibus illa probationibus probari possit, paucis, sed dilucide explicatum.

S V M M A R I V M.

- 1 Iurisdictione, potestas, & imperium, dicuntur fundamenta iurisdictionis.
2 Pontifici Maximo omnis à Deo ipso data potestas.

Cesar

- 3 Cesar totius orbis dominus, quoad dignitatem, & protectionem.
4 Iurisdictione omnis, & potestas à Cesare fluit, & refluit.
5 Iurisdictionem, & imperium in alios, non habet inferior à Principe. & quæ sit ratio, num. 6.
7 Iurisdictionem sibi à Principe tributam asserens, id probare debet.
8 Iurisdictione est qualitas quadam, quæ homini à natura non est.
9 Iurisdictionem sibi concessam, probatur ex inuestituris. Item ex literis commissionis & mandati, num. 10.
11 Iurisdictione ordinariam semel facta publica, non indiget alia probatione. Idem est, si à magistratu isto sententia lata sit contra presentem non reclamantem, num. 12. Vel si lis fuerit per ipsas partes contestata, num. 13.
14 Approbatum semel, reprobare amplius non possum.

P R A E S V M P T. XIV.

1 Iurisdictione omnis, omnisque potestas, & imperium, quæ dicuntur iudicij fundamenta, secundum Bald. in Rub. C. si à non comp. iud. sunt apud supremos Principes, Pontifici enim Max. potestatem omnem à DEO ipso Seruatore nostro datam legitimus, cap. 1. 2. distinct. 3. Data est et potestas ipsa Cesari, cum is totius terrarum orbis dominus, quoad dignitatem, & protectionem cõsecratur, l. de precatio. ff. ad leg. Rhod. de iact. Hinc scriptum reliquit Bald. in c. 1. num. 2. tit. de allod. in vsibus feudo. omne iurisdictionem, & potestatem à Cesare fluere in suos magistratus, & ad eum reflueret. Et idem docuit Alex. in l. 1. in fi. ff. de iurisd. omn. iud. & idem in consil. 24. nu. 1. lib. 5. Quocirca qui à Principe inferior est, iurisdictionem, & imperium ve in alios habere non præsumitur, quemadmodum scripserunt Bal. in l. 1. nu. 1. C. de reb. alie. non alien. & in l. 2. nu. 74. C. de seru. & aqua. & in l. prohibito, n. 12. C. de iure sic. lib. 10. Paris. Put. in trac. de syndicato. S. an officialis successor, numer. 2. Alex. in consil. 107. nu. 6. lib. 7. Ias. in l. more, nu. 53. vers. item aduerte. ff. de iurisd. omn. iud. & omnium apertius Sebast. Vant. in trac. de nullitat. tit. de null. sent. ex defectu iurisd. ordin. nu. 10. & 11. Et huius quidem sententia est ratio, quæ vno verbo attigi supra, quia si iurisdictione omnis est apud supremum principem, & si iudicandi munus publicum, non autem priuatum est, l. quippe. ff. de iud. & l. munerum. S. iudicandi. ff. de mun. & honor. nemo à Principe inferior iura magistratus sibi assumere potest, sed à principe ipso creati debet, l. 1. ff. ad l. lul. de ambit. & cap. iudicibus. 2. q. 6. Qui ergo à Principe sibi iurisdictionem tributam asserit, ob id, quod facta est, probare tenetur, cum facta ipsa non præsumantur, l. in bello. S. facta. ff. de cap. & postlimin. reuerf. & suo loco dicemus. Et propterea accedit, quod iurisdictione est quedam qualitas, quæ homini à natura nõ inest, sed ita competit vni, vt non alteri, ob id probanda est, iuxta traditionem gl. in c. si forte, in verbo, scientiæ, de elect. in 6. Abb. in c. postquam, col. vlt. de elect. Card. in c. 1. col. 2. de serutin. & Dec. in consil. 522. col. vlt. & dicemus in fr. lib. 6. præsumpt. 48.

Et quanquam idem sit dicendum de iurisdictione delegata, quod de hac ipsa, de qua nunc verba facimus, iurisdictione ordinaria, attamen de delegata ipsa sublequenti in præsumptione, vt clarius atque dilucidius singula explicemus, dicere institui, qui ergo asserit, se obtinere iurisdictionem ordinariam, id probare debet. Probatur autem primo ex iurisdictionibus, quibus demonstrat concessum sibi fuisse castum vnã cum iurisdictione, & imperio, c. 1. quis dicitur Dux, vel Marchio, vt scribunt ibi omnes in l. 1. de iurisd. omn. iud. Probatur et ex literis commissionis, vt in Extrau. Innotentæ, de electio. Quas quidem commissionis, & mandati literas, statim quo

magistratus iste ingressus est prouinciã, urbem, vel oppidum, suo antecessori præsentat, & iubet consuetis in locis publicari, sicuti admonent Spec. in tit. de legato. S. superest, vers. & pro hoc sedis. Bart. in l. prohibito. C. de iure sic. lib. 10. & in l. probatorio. C. de diuers. offic. lib. 12. & in S. eos, in Authen. de collat. quos secutus est Vant. in tractat. de nullitatibus. tit. de nullit. sentent. ex defectu iurisd. ordin. numer. 19. Et ex his elicitur sublequens declaratio.

Declaratur itaq; primo hæc præsumptio, vt non procedat, quando huius magistratus iurisdictione ordinaria semel facta est publica, vel vt diximus ex inuestituris vel ex commissione. Nam tunc illa in posterum præsumitur, atque ita necesse non est, amplius eam probare, cum iam ea in prouincia omnibus nota, ac manifesta sit. Ita sanè intelligendus est Bald. in l. si qua per calumniã, col. pen. vers. deinde quæro. C. de Episc. & cler. cum dixit, iudicem ordinarium præsumi, qui iam publicè est in quasi possessione administrationis illius officij. Semel enim assumptus admittitur; talis præsumitur, donec vtque perdurat tempus officij. Idem apertius docuit Bal. in l. 1. in fine. C. vbi aduersus quos, in l. 2. num. 75. C. de seru. & aqua. & l. ea quidem, nu. 14. vers. notorium verò facti. C. de accusat. Et Baldum secuti sunt Guid. Papæ quæst. 259. si in ciuitate. & Vantius in d. tit. de nullit. sent. ex defectu iurisd. ordin. num. 20. Qui quidem num. 21. subiungit, quod in aliena prouincia, seu loco, aut tribunali, in quibus huiusmodi iurisdictione facta non sit notoria, si de ea non constiterit, & à parte negetur, per famã, & communem opinionem probari poterit. Quam sanè traditionem aliorum auctoritate Vantius ipse probauit. Et propterea scribit idem Vant. in d. trac. in tit. quibus mod. sent. nulla reparatur, num. 95. iurisdictionem præsumi ob tolerantiam.

Declaratur secundò, vt non procedat, quando à magistratu isto lata fuit sententia contra presentem, & non reclamantem. Nam tunc iurisdictione præsumitur, & ob id asserenti contrariũ, incumbit onus probandi. Ita Inn. in c. nihil est, de elect. in c. cum in iure peritibus, de offic. deleg. & in c. innotuit, de eo qui furtim ordines suscepit. Bar. in l. 2. nu. 7. ff. si quis in ius voc. non ier. Abb. in c. si cut, nu. 21. de re iud. qui tamen loquitur de legato. Casfiodor. decif. 1. tit. de præsumpt. qui loquitur de offic. inquisitionis. & apertius hoc secutus, scripsit Vant. in trac. de nullitate ex defectu iurisd. ordin. nu. 22. & huius declarationis ratio ea est, quia suo consensu ille, cõtra quæ lata fuit sententia, sibi ipsi detrimetum attulit. Et quia pro ipsa re iudicata præsumitur, vt multis infra hoc libro probabimus.

Declaratur tertio, vt non procedat, quò lis per ipsas partes fuisse contestata. Nam adhuc ex post asserenti, eum non esse iudicem, non creditur, sed probare debet, ita Innoc. in d. c. innotuit, de elect. Bal. in l. licet, col. 3. C. de proc. & in l. gesta, col. pen. vers. quæro nunquid. C. de re iud. Abb. in d. c. sicut, n. 21. de re iud. & Vant. loco præallegato, n. 23. ea est huius traditionis rõ, quia quem semel approbauit, amplius reprobare nõ possum, l. si proprias, vbi Bald. ff. de per. hæc. & c. quod semel, de reg. iur. in 6.

Iurisdictionem delegatam non præsumi etiam in viro excelsò, & inibi quo ordine & modo iurisdictione hac probetur?

S V M M A R I V M.

- 1 Iurisdictione delegata minus, quam ordinaria præsumitur, eaq; dicitur odiosa, n. 2.
2 Mandatum non præsumitur.
3 Mandatum non præsumitur.
4 Iurisdictione delegata, nec in persona excelsa, vel illustri præsumitur.

Dele.